

præfati articulo Cantici Debora v. 8. *Clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta milibus Israël: id est, non apparuerunt: pariter hic, non erit) annis his vos & pluvia, nisi iuxta oris mei verba.* Tunc apparebit, quis Deus, & Deus pluvia. Patuit, ut à cultu fidei Dei removerentur Hebræi, qui toto triennio præ fidei aruerant; & perisissent, ni converterentur ad eor. *Subitò anhelat terra (inquit Chrysol. ferm. 2. de Elia) siccatur cælum, siccantur amnes, fontes arseunt, astant noctes, humor ima petit, supera deserit, aer feruet, serenitas torquet, nemora languent, campi ieiunant, fata torrentur, arbusa agrotant, prata deficiant, tranquillitas pœna est, squallet terra, herbas interimit: iram Dei universa creatura testatur. Crescit malitia populi, crescit & inopia rerum: sœvit cunctorum impietas, sœvit & in cunctis necessitas: & quasi diversitas ista invicem concertaret; sic sese ista superare contendunt, ut putarent dementes, sceleribus famem vincere; facinoribus necessitatem avertere, peccatis inopiam superare. Ecce cælum ferreum & terram æneam.*

Chrysol.

Descriptio siccitatis.

Suspensa

pluvia suspensio gratia.

Amos 4. 7.

Gratia specialis pluvie in celo à pluvia non tangi.

Manna im-

probit cibum levit.

August.

Deus quo pacto iubet pluvie ut patet, & ut iudex?

Varietas

versionum.

33. Maximi doloris fanè defectio pluvie; sed acerbioris, modò pluvia inducatur propter peccata: dicente Iobo 38. 25. *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitru, ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur; ut impleret iniviam & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pluvia pater? Igitur Deus pluit ubi vult, & quando vult. Beneficio & subtractione pluvie discrevit Deus bonos & malos. Unde per Amos dicit: Ego prohibui à vobis imbrem, & plui super unam civitatem, & super alteram civitatem non plui: pars una compluta est, & pars, super quam non pluit, aruit.* Sicut gratia specialis, à pluvia non tangi, dum pluit; ut vidimus, n. 14. ita alibi pluvia, & ibi siccitas, singulare designabitur flagellum propter singulare flagitium. Omnibus pluit Dominus, & Solem oriri facit semper bonos & malos, ut dicitur *Matth. 5. 45.* sed aliquando privat improbos à communi beneficio, ut cognoscant flagella manare studiose è celo: aliàs dicerent, quòd ex dispositione stellarum & elementorum proveniret siccitas terræ, cum esset à malicia inhabitantium in ea, & produceret illorum improbitas. Sic cum manna converteretur ad quod quisque volebat, anima impiorum nauseabat super cibo levissimo; quippe uti placet Rabbini, & aliquibus Catholicis, minimè convertebatur ad voluntatem impiorum. Ad Lorinum & Apont. in *Sapient. 16. 21.* Ita hæc fiebant, ut ex necessitate saltem improbi rebelles animi mutarent propositum, ac vexatio præberet famelicis intellectum. Iubet Deus nubes rigare tellurem: sed etiam iubet, ne pluant super hos, vel illos imbrem; quippe *quadam facit opportuno tempore præter usitatum cursum ordinemque natura*, ut ait Augustin. *Tract. 24. in Ioann.* ut obiectis peccatoribus imbris carentia, atque in bonos abundantia; non casu facta autument, sed natu supremi auctoris, tanquam rerum cunctarum arbitri, dividendis singulis, præut placuerit. Facit, quæcunque vult in celo & in terrâ: igitur quum hic non pluit, & alibi pluit, ministerio Angelorum speciali ( quoniam Deus dum pluit, omnibus utcunque pluit) ducit nubes quâ & quò vult, favens cognoscentibus illum. Hinc in Israël horum arva rigabat, simulque, sine guttula campos, & fata idololatrarum in supplicium transibat. Abdicebat utique modò pluvia sine imbre, id est, procella modò nulla pluvia, modò pluvia & non ibi: quoniam si uti misericors absolute pluit super iustos & iniustos; respectivè ut iudex aliquando pluit super hanc civitatem, & super alteram civitatem non pluit. Hæc de litera textus: modò ad versiones principalis Pleonasmii.

34. *Cæli ac nubes distillarunt aquis.* Pagn. *Vatabl. & Caictan. Cæli stillaverunt, & etiam nubes stillarunt aquas.* Malucend. *Guttarunt aquas.* Arias Montan. *Nubes caelorum stillarunt aquas.* Septuag. *Cælum stillavit rores, & nubes aquas.* Reg. Complut. *Cælum conturbatum est, & nubes pluerunt.* Chald. *Stillarunt pluviam.* Syr. *Sparserunt aquas.* Sensus versionum satis clarus ex literæ expositione. Videamus quomodò oculorum stillicidium, ut perveniat usque in cælum.



ADI-

ADINATON EXEGETICUM.

Epiloga Excurs.

1. *Cæli ac nubes distillarunt aquis.* Discrimen adventus Verbi Divini in mundum, atque Deiparæ assumptionis in cælum: etenim hoc, Verbo descendente, plorat, Virgine ascendente, exultat.

2. *Cæli ac nubes distillarunt aquis. Terra nota est.* Venit Deus in ima, & cælis plorantibus, commovetur terra: equidem congrua & lachrymatio & commotio, dum Deus factus homo videbatur in hoc mundo.

3. Pro terra motione, aquis ut nubes distillarunt cæli: quippe lachrymæ cælestes, ubi fletus intellectus videtur in terra cordis.

4. *Cæli distillarunt aquis;* uti signa veræ cordis pœnitudinis: igitur pretiosæ lachrymæ, si ex toto corde.

5. *Cæli describitur lachrymatio,* ut flere doceatur homo ex memoria delicti, qua offensa cæli: quandoquidem victrix de iustitia lachryma, si videtur in oculis facti criminis memoria.

6. *Cæli ac nubes aquis distillarant,* dum notuit Israëlitis gratia legis scriptæ. Idem accidit, ubi scripta ex cruce à Salvatore lex gratiæ. Cæli sidera Matris-Virginis distillarant aquis; sed nunquam viso artificio doloris: igitur ad instar nubum manantes lachrymis oculi, serenitate mirâ fulgurabant sicut cæli.

DIDASCALIA PRIMA.

Scrutator maiestatis Virginis, à gloria tantæ opprimitur maiestatis.

Maria cæli regina, & mundi domina.

Venant.

Iudic. 5. 4.

Cæli gaudium.

Benavid.

**M**Undi domina, & cæli regina, plauditur Virgo à Petro Damiano, ferm. de *Assumpta*. Nihil mirum, quòd cælum singularitèr exultet, ubi iam sibi & suam Reginam habet. *Culmina multa polos radianti lumine complent:* Latanturque pijs agmina sanctæ choris. Modulatut Venant. Fortun. lib. 8. de *Gaudijs, & Spe vite æternæ*, v. 1. Quidni plauderent cæli, si in gloriam ingressa, quæ complementum gloriæ? Cum Dominus veniret, *Cæli* (inquit Debora) *distillarunt aquis.* Terra gaudet, cælum luget; sed modò, assumpta Mariâ, terra luget, cælum gaudet; quippe tunc immortalis descendebat in mortem, & modò mortalis Virgo induit immortalitatem. Angeli pacis amantè flent, quoniam humanitate quasi obscuratus est Sol: & Virgine-Matre Solis progrediente in cælum, summum oritur Angelorum gaudium; igitur iam cælum gloriosissima implet, quæ Solem ad terram pulchritudine traxit. Nonnunquam cæli iubilus, quod terræ fletus: sed nescit cur plorat, ubi cælum exultat: quandoquidem quam præ gloria mirabatur homo in terra, mirabilior appareret elevata super sidera.

*Tu decus es, columenque soli, tu pandis Olympum,*  
*Virgo beata, Dei filia, Sponsa, Parens,*

Iam terra possidet, quo ostendat cordis læticiam, contemplanis Virginis gloriam: igitur in pura creatura pro specimine gloriæ conditionis humanæ, in Virgine-Matre præ se feruntur primitiæ.

2. In eius gloriam interest visio, fructio; ac deitatis comprehensio; subiectis potentij hominis, in tantæ Virginis reverentiam maiestatis. Vifa visio & sententia intellectiois humanæ, *Tautolog. 6. Didasc. 2.* Videnda modò sententia voluntatis & memoriæ de fruitione & comprehensione Mariæ. Oculus intellectiois signum, nonnunquam in capite collocatur. Permutavit situm Achilles Boechius: equidem collocauit in corde, quem abstulerat à capite. Sic inquit *Symb. 108.* *Cor oculatum est: oculus cordis bonus.* Si per oculum intelligentia, ex simbolo intenditur summa: igitur summè sapiens, si *cor intelligens.* Cor emblema patet voluntatis, oculus intellectiois: permutanturque situs, an valeat voluntas, ubi cadit intellectus: siquidem plus dicere solet votis æstuans inflammata voluntas, quam intelligentiæ subtilioris pœspicacitas. Voluntas appetit plura, quæ non possunt appeti ( quippe non plura ) pro quibus concupiscitur etiam concupiscencia: exponiturque thronus intellectus, qui voluntatis est thronus; quippe quam magis vident desideria voluntatis, quam mentis illuminatæ altissima intellectu.

Bocch.

Reg. 3. 12

Quid oculi in corde?

Zuz 2

ctio.



tionem. Voluntas humana, victo & simul oppresso à gloria intellectu, conatur dicere, qualis Virginis gloriosa ex visione fruitio, appetendo plura & plura excogitabilia in gloria: ceterum cadet conamine, quantalibet concupiscat amore: etenim amplior beatitudo Virginis, desiderijs ignitis inflamatæ voluntatis.

3 Gloria videnda promittitur Israël: *Exod. 16. 7. Videbitis gloriam Domini.* Veram unde? *Dei gloria in Eucharistia.* *Psal. 105. 14.* Manna de celo descendit: & ita gloriam Domini populus videt? Profecto. Gloria est, qua satiatur appetitus, expulso præ gaudio omnimodò voto: quid ita comedentes manna, concupierant concupiscentiam in deserto? Astraxerunt Manna plausum; quia concupientes Manna, in illo plus concupierunt. Habebat omnis delectamenti mulcimen, & saporis univèrsi suavitatem: imò

*Sapient. 26. 21.* *deseruiens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat convertebatur:* equidem si varietas voluntatis exprimit vivide fructuonem plenitudinis; donum utique in gloria ostensione plenum, ubi cuncta mirabilia convertebantur ad votum. Enucleentur mirabilia, ut clareat Domini gloria. Manna dictum *panis intellectus*, sed quem comedentes ignorabant quid esset: igitur patebat in gloria plus, ubi absconditum quid quid, quoniam non summam haberet palato sublimitatem, ni esset supra intelligentium perspicuum intellectioem. Transivit lumen ex speculo frontis in habitaculum pectoris. Ex intellectu in volitivam, spheram desideriorum; ut posset in gloria voluntas avida, quod nequivit cognoscere intelligentia: quandoquidem in commendationem abundabat, voluntati ministrando quicquid & quisque volebat. Adhuc plura. Intende.

4 Manna continebat saporem omnium escarum, & omnium oblectamenta saporum, blandiendo voluptuoso palato comedentis, iuxta discreta desideria voluntatis. Voluntas fructione cupiebat, innitens exhaurire quod optabat; an aliquid (palati speculum) cibus mirabilis non haberet; quod concupiscere posset, & concupisceret. Desiderat post tot desideria, plura; verum occurrunt maiora: cedente in contentionem proposito, dum delectabat fruitio; ex eo quod (gravida desiderijs voluntate, variato discretis votis sapore) quæ occurrebant mirabilia, excederent desideria: equidem prius vota defecerunt voluntati; quam quo Manna frucebatur, posset voluntas comprehendere. Alia dixi *Tom. 2. Tautolog. 8. Didasc. 4. à num. 14.* Modò in proposito dubium. Summam æstimationem fecerunt cibi, igitur aptaba-

*Et desiderium.*

tur omnimodò voluntati, pro variatione votorum, quo flagrabat desiderium. Pluris satagebat gultus, & erat illud, & amplius. Concupierunt esse plura, & erat plura; adæquantia & ulteriora. Non defecerat ulla optabilis perfectio; sed voluntati, cuius vel qualis perfectionis optio, intendenti per concupiscentiæ dexteram vicissitudinem, panis cælestis potiti exprimere perfectionem: verumtamen cum non possent, etsi amplius desiderarent; ut aprè dicerent fructuonem gloriam, plus minime concupierunt, sed tantum concupiscentiam: igitur plus & plus gaudere de fructione non possent, si desideria voluntati deficerent. Quorsum plus, ubi adæquare non quit? Concupiscentia desideriorum in expressionem gloriæ profectò vana; siquidem gratia nitēbat etiam ultra desideria.

5 *Concha & canalis in gloria, panis vita & intellectus, mystica mensa:* à Novarino *Novarino.* in *Umbr. Virgin. cap. 53. num. 1376.* plaudidit Virgo Maria. Concha est, & tam gratiæ, quam gloriæ rore plenissima. Non facile scietur, quid ibi, & quantum continet; sed aliquid quasi ex canali fluxum voluntas humana percipit. Interiora gustare desiderat, sed in desiderijs labat; siquidem etiam degasset concupiendo plura; adinflat Manna, quicquid exponitur in huiusmodi mensa. Gloriam suam Deus manifestare vult, & solum prodit Manna. Apertius elucet prodigium, Virgine ingrediente in celum: etenim dum ascendit in æthera, in illa nobis à Deo tota Dei patefcit gloria. Licet voluntas humana plurimum gaudeat, non valet dicere, quid concha lucis contineat: signatà gloria Deitatis in fructione charitatis Virginis; quippequam gloria, qua fruitor, tantum in celo videbitur. Vellet voluntas exprimere, & tantum exprimit velle: equidem invenit in Virgine quam adorat, plus quam velle videre desiderabat. In ampliora augeatur ex volitis, & potitis desiderium, ut plus ac plus crescat gaudium; ac mutat strenuè, quod concupiscat prius, an ampliori aviditati luminis respondeat amplius. A luce intendit in lucem, à claritate in claritatem; ac progrediens amplius vult. Vult Virgo tam gratijs, quam glorijs responderi sic; quoniam ad quod quisque velit, convertitur ut Manna: etenim si in plenum gaudium, amplioris perfectionis efformatur desiderium; plus gloriæ, & amplius invenitur in Virginis fructione, quamvis plus velit voluntas, quam possit desiderare. Altiora planè votis splendēt excellentissima in beatitudine Virginis; igitur cum desideria superent, quæcumque

*Uq magis desideratur, etiam desiderium desideratur.*

*Novarino.*

*Virgo concha, & canalis in gloria.*

*In illa tota claret gloria Dei.*

latent; nullum est perfectionis desiderium, in desiderio scrutandi perfectionem: nihil desideratur in obiecto perspicuo, sed tantum in desiderio: nihil ibi profectò desideratur, sed illuc concupiscentia concupiscitur; ut clareat quanta Virginis in celo gloria, adimplens, quinimò superans, voluntatis desideria.

6 Hinc illa de se dicit, uti mirabili ac peregrino Manna: *Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient.* Gloria utique singularis, etiam ubi inadæquate videtur species. Quomodò anima esuriet ex eius gloria; si ubi apparuerit gloria, satiatur anima? Qui biberit ex hac aqua non sitiet unquam: quo ergo pacto deinde sitiet, quin aviditas sedetur; qui torrente voluptatis satietatem usque gaudibundè potatur? Deinde: esurire & sitire indicat appetitum & desiderium excludentia possessionem, & negantia satietatem; quippe ex possessione gaudium, & nequaquam desiderium. Quomodò ergo desideratur, quod etiam usque ad satietatem habetur? Quorsum sitiet, qui potione gaudet? Quid concupiscet, qui esurire plenitudine nequit? Aviditas est boni possibilis adipisci, anima fructuonem sitientem: ut quid ergo siti & fame exponitur voluntatis desiderium, si habetur gaudium & totum? Magnum itaque discrimen adhuc in gloriæ fructione, inter bonitatem appetibilem atque voluntatem appetentem. Est sitis & fames etiam in bono beatitudinis, quantum

*Psal. 16. 16. Ioan. 4. 13.*

*Eius gloriæ quomodo esurit & satiatur anima?*

*D. Thom.* ad *novas revelationes*, ut inquit *D. Th. 1. p. q. 58. art. 1. ad 2.* Ex gloria sanequam Domini clarescit gloria Mariæ. Voluntas humana sitit scire fructuonem voluntatis Virginis ex pelago immenso divinitatis; & invenit plenitudinem, contemplans altissimam perfectionem: ceterum adhuc sitit, quippe bibendo in ulteriora exardescit. Edit in rationali, præstantissimo Manna, quicquid ad satietatem concupiscit: & adhuc satiata esurit: igitur cum perfectio ex excellentia desiderijs respondeant, affectus amplius desiderant. Non est amplius, quia totum gaudium: & instat fame & siti desiderium; quia licet totum exhibitum, non totaliter ad votum. Unde cum amplius ibi lateat, & totaliter ac æque desiderijs elurientibus & sitientibus respondeat; etiam in satietate desideria ampliora desiderantur, ut in plenitudine novæ perfectiones revelentur.

*Quare cum possessione desideria?*

7 Est quid essentialē, & accidentale quid in huiusmodi gloria, ut fatietur & sitiat plaudens anima. Quo satiatur, quietescit desiderat id quod sitit. In utroque gaudet, quoniam etiam gloriosum est desiderium; igitur

tur quod inveniatur, desiderat intueri, pro amplissima perfectione. Fruitur sine anxietate, atque quiete concupiscit: bonum habitum non habet, præut velle vellet. Novas revelationes excellentiæ in cognitione excellentiarum exoptat: & fatietatur etiam sitienter desideria desiderat; an possit exhaurire in admirationem totam gloriam, concupiscendo in gloriam concupiscentiam. Nil ultra in bono appetibili: amplius in corde appetente. Essentiali gloriæ, ubi non ultra, opponitur desiderium; quippe ibi invenitur totum: haudquaquam accidentaliter, ubi ultra; siquidem ibi multa latent revelanda. In prima affectus non esurient, neque sitient amplius: in posteriore (quoniam posteriores gloriæ) esurient adhuc & sitient: igitur cum in gloria Virginis, quantumvis anima gaudeat, & gaudio videat, atque videndo exulter, sit plus quod videre possit; dum exprimit ex fructuonem gaudium, explicat etiam sitibunda desiderium: equidem etiam gloria Virginis satiata, est plus, quod videat in gloria.

*Picagus intrinabile gloria.*

*1. Petr. 11*

8 Denique. Ut mirabilia paterent panis cælestis, traditur iudicium discretioni humanæ voluntatis, qua prodigium profertur, igitur ad quod quisque volebat convertebatur. In Deiparæ ineffabili gloria niteat huiusmodi mensa. Iuxta desideria edentiam, erat delictum. Plus erat, si plus, qui edebat, desiderabat; & etiam amplius, ne quid posset illo cibo desiderare famelicus, exprimente hoc desiderium, & illo satiente vorum. Non aliter in mensa gloriæ Mariæ, sed maiore perfectione: qui latius planè esurit, & plenus lumine sitit; ut ultra desideria hominis excellentia pateat Virginis, sitit in sita satietati, atque fame plenitudinis. Unde cum desideria explicent non comprehensionem obiecti, & fatietatis summam excellentiam gloriæ, superantis voluntatem, vincens optione optionem; desiderijs voluntas, quia satiata, removetur, & etiam desiderat, cum satiatur, in voto privata voto, ac frustrata desiderio: quandoquidem cum sit amplius etiam ultra satietatem, quod alliciat in gloriæ plenissime cognitionem; gloria non scrutata cunctis humanæ voluntatis desiderijs, perveniant ad illam famem & sitis. Si videns non satiaretur, non esset summa: si in satietate non desideraret, esset gloria à vidente comprehensa. Quare Petrus utrumque alruens, inquit: *In quem desiderant Angeli prospicere*, etsi semper videant faciem Patris. Unde in gloria Virginis desideria exponuntur & fatietas, plenitudo gaudiorum & voluntatis aviditas; quia nequit

*Semper magis ac magis in gloria Virginis.*

*Verf. 12.*



homo comprehendere, quid habeat in beatitudine; igitur quantumvis ampliora cogitet, plura & plura in amplioribus inveniet.

Gen. 49. 16. Agg. 2. 8.

9 Desideratus à cunctis laudatur ac prædicatur Salvator noster, ut per concepta vota, eius cunctis pareret singularis excellentia. Alij dicebant Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij vero Ieremiam, atque alij in eximij voti adæquatum complementum, unum, primum, ac principem Prophetarum. Synagoga ut dignata, in exteriorem intendens solummodo maiestatem, in illo cogitabat præcellentem Salomonem. Unde filias invitabat ad plausum, quasi illo gaudio com-

Cur Christus adinstar Manna?

Cant. 3. 11.

perisset desiderium. *Egredimini & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die sponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Manna adinstar Christus Dominus videtur, dum pro voto laudatur; igitur deserviens uniuscuiusque voluntati, convertitur ad quod decreverit quisque. Verùm quid? Sublimior est: Adhuc maiestas in carnis humilitate nitet præcellens, ita ut conferri possit nec Salomon in omni gloria sua. Eximius in gloria Salomon est: *Et ecce plus quam Salomon hic.* Quicquid in maiestate gloriosa Salomon sit, hoc in loco fulget plus. Plus? Utique, ut indicaret quam exigua desideria in ampliore sine limite gloria, qua venturus Salvator, ad hoc quod Synagoga redderetur splendor: igitur si cupiditas impulit voluntatem, ut in illo posideret Salomonem; plus invenit desiderium, dum ibi & palam rutilaret plus quam Solomon. In voto protulit pro se totam Salvatoris gloriam, & non gloriam invenit, sed voluntatem exiguum: quandoquidem est desideria extenderet pro maiestate potiunda, erat amplior maiestas, quam desideria. Ulteriora Salomonis gloria non concepit, ubi in gloria similem desideravit; nec invenit similem, cum maiorem videret maiestatem: igitur si ampliora vult; hic, & hic etiam, plus quam Salomon est. Spes in expectationem impulerat voluntatem, ut non conciperet plus, quam qui gloria Salomonis totam sopiret spem. Concepit sanè magnitudinem, sed non iuxta perfectionem: equidem estimabilis non esset, si esset in gloria, & non plus, quam illa desideraret. Si esset gloria Salvatoris, præter cupiebat sollicita voluntas; ad amulsim exigua voluntatis esset maiestas: quæ quidem plusquam Salomonis est, in quo concepit votis non plus, quippe gloria Salvatoris erat uti desiderium hominum, ultra cupientis Synagoga desiderium.

Luc. 11. 31.

Plus est, etiam cum desideratur plus.

Excedit cupita, & cupienda.

10 Ad Matrem Virginem descendamus, aut ascendamus. *Quæ est ista* (inquitur) *quæ progreditur?* Ignorant? Nullo modo quam cognoscunt Angeli priusquam regiam lustrans illustraret cæli. Cur ergo modò assumpta, dicunt: *Quæ est ista?* Transeant à culmine intellectus in spheram sine ambitu voluntatis; an in Deiparæ beatitudine inveniat, plus quam desiderat. Vult, quòd in gloria collata progrediat *quasi Aurora?* Sanè desiderium hoc? Adhuc in gloria plus est. Commutetur tanquam ad Manna cupiditas, in amplior surgat ex illa maiestas. *Erit pubes ut Luna*, gratia plena, gratia adæquata concessa in Olympo gloria? Eritne sufficiens lux? Eriam in gloria plus est. In Empyrio ergo quid plus? Concipiat enim voluntas gloriam maiorem, an fatiet ornamentis voluntatem. Erit num *electa ut Sol*, in cuius egyptica, quasi in pelago luminum, naufragantur etiam lumina intuentium? Erit sic? Adhuc est plus. Iuxta voluntatis votum, eructat ex hoc in illud. Adhuc plus, quia maior est. Plus & plus, perfectionum cumulus, quia nihil amplius: sed quid? Gloria & gloria respondens quasi infinitæ gratiæ Matris Dei. Hæc dignitas *ly Plus* est, quippe illius comparatione non plus. Lassabitur prius in desiderij voluntas, quam possit Virginis comprehendere gloriam: igitur si volebat in cælorum voluptatem, Virginem esse in Empyrio, Auroram, Lunam, & Solem; amplior claret gloria in Virgine, quam vehementer potest velle. Desideria culmina cæli transcendunt, ac volant, quòd non plus sursum. Huc namque pervenit cor, ceterum gloriæ Virginis adhuc invenitur plus: quandoquidem non tantum transcendit astra, sed Angelorum etiam & hominum desideria. Captivetur cum intellectu obsequio Virginis voluntatis votum; quippequam gaudio impossibile, dicere Virginis gaudium. Vires defunt ad Deiparæ gloriam: tamen est laudanda voluntas. *Explicuit votum, si non valet ire iuvandum: Cui minus in posse est, satis est ostendere velle; Nam votis impendit, qui non abscondit amoris. Ut succinit Venantius in Excerpt. vers. 90.*

Cant. 6. 5.

In Virgine gloria plus, quam desideratur, habetur.

Venant. Fort.

Senec.

Me.

Thren. 3. 20

Anima Virginis gloriæ specie obliviscitur in ipsa recordatione.

Plin.

Psal. 110. 4.

1. Corint. 11. 24.

Hominis memoria mirabilibus inebriata in Eucharistia

*Memoria memorem ero, & tabesceat in me anima mea.* Hocine interest inter dolorem prementem, & summam felicitatem, etenim cum hæc vitam lætificet, & illa gravet; ut tabescat amaritudine anima, memorantur vel oblita: ubi ut læretur & gaudeat, quando delicijs exultat, inebriata voluptatis ubertate, evanescit memoria in ipsa recordatione. Qui scrutator maiestatis gloriæ Virginis, opprimitur feliciter tantæ gloriæ maiestatis: equidem et si subvectur dulciter recordatione peccus, pondus gloriæ etiam est pondus. Inter prodigia casus refert Plinius lib. 7. cap. 24. quòd quidam ex præalto lapsus cepit oblivionem. Voluit in superiora ascendere, & corruit, excedente memoria, ubi magis necessaria: equidem emenso immenso superioris altitudinis fastigio; non facile quòd in illam permaneret recordatio. Non aliter usvenit contemplanti Christiparæ gloriam & comprehendere cupienti altissimam excellentiam, dum recolat insignia maiestatis, ac immensam eminentiam beatitudinis: cedente insigni comprehensione memoria, recolente quid & quantum comprehendat in Empyrio Maria: quippe cum tot effulgurent splendores, necessarium omnino, quòd amittantur species. 12 In Sacramento Eucharistiæ Christus exponens miraculorum maximum, *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Memoriam insignium gratiarum fecit, & memoriam huic memoriam sacrificantibus suggerit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Si memoria mirabilium continetur in Sacramento Eucharistiæ, quorsum memoria memoriarum? Ut non abolesceret mirabilium multitudine. Ibi demonstrationes vehementioris amoris, ibi opulenta exultantis charitatis, ibi charismata singularia, dilectionis studia, excessus ignis cordis, flammæ celestis; quos nequit homo comprehendere, quandoquidem superat gloriam singulorum magnitudine: & memoriam à participibus suorum mirabilium exposcit, dum gloriam immensam incomprehensibilis amoris ostendit; quoniam inter tot atque tanta mirabilia, penitus necessarium, quòd excederet memoria. Memoria ingeritur, ubi cunctorum miraculorum reponitur; quoniam si ex nimia altitudine lapsus, ad discretionem luminum amittitur intellectus. Ex copia manat inopia, igitur irripit in memoriam specierum oblivio, ex magnitudine specierum in obiecto: unde dum gloriosè lateret, & tot miracula exhibet, memoriam facit mirabilium hominibus, ne amittantur species tot speciebibus.

13 Terra veneratur memoriam, dum cœlum fecunde Virginis amplectitur presentiam: inquit Bernardus, uti vidimus *Tautolog. 6. Didasc. 2. num. 11.* In cœlo Virginis non est memoria? Est sanè, cuius miris splendoribus, obijcit spectaculum gloriosam & Angelis & hominibus: excluditurque, cuius magis dilectio, recordatio, ubi memoria gloriæ tantæ ingeritur magnitudo; equidem exolefcit vel insignis memoria tot specierum presentia. *Inebriantur ab ubertate.* Magna ubique ex gaudio in potentij intellectivis voluptas, quæ signatur ut ebrietas: igitur nulla in ordinem specierum memoria, ubi inebriatur gaudijs & gaudijs intelligentia. Nescio an hoc intuitu dicat Petrus in & ex possessione gloriæ: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Patec, quòd amittatur ex ubertate memoria, si desiderantur habita: si fatiati esuriunt, si perpotantes sitiunt. Quasi transirent species, ingeritur vis amoris: etenim ni abolesceret memoria ex torrente voluptatum, voluptas ex frustione non islet in desiderium.

Bernard.

Quomodo in cœlo Virginis non est memoria?

Psal. 35. 9.

Ubi supra: Eriam per astra dicitur, ubi dicitur recordationem.

Esther 6. 10

Verf. 3.

Virgilia quæta Principum pro inquisitione dignorum.

14 Perpendatur exaltatio Mardochei. Assuerum impulerunt eius merita, ut pro gloria totius regni collocaretur sublimiore regni gloria. Ille cum dormire nequisset, informari de regno benemeritis, libris incubuit. Cuncta sic cadunt ad votum, atque in regni emolumentum: igitur dignis decorantur munera, & implentur splendore ministeria; ubi pro præmijs meritum ad dignitatem, obest sollicitudo dormire regem. Scitã ergo Mardochei fide, oblituit, ac de præmio ministros interrogavit. *Quid pro hac fide honoris ac præmij consecutus est?* Amplius exaltatur corona, Regis elucet prudentia, ut illum fugit benemeriti notitia: siquidem in debitum digno præmium, utitur etiam notitia necessaria ministrorum. Qui dignus, iacebat ad ianuam (Hispan. *Siempre andan por puertas*) cum preterent maiora munera in regimen, ut à regente acciperent splendorem: Rexque prudenter exaltat, quem cæca fortuna expulerat; quippe indignum maiestatem reputavit, quòd dignus ita iaceret.

15 Ergo dotium informatione, de honore quæsitã à Rege, responderunt aulici: *Nihil omnino mercedis accepit.* O blandimen in principem! O fides perfida aulicorum in propriam utilitatem! Igitur quibus uti ignoto regi præ invidia nihil videbantur omnia; quia grato Regi, iuxta Principis placitum, cuncta videbantur nihilum. Vernacule: *Si al Principe le cayer en gracia, por su lisonja, todo les parece nada.* Nihil

Ibid.

Sequitur regia Principis gratia.

om.



omnino mercedis accepit. Grave & urgens argumentum militat in praefatum testimonium. Cum Rex primo fidem eius scivit, illicò præcepit, ut in aula palatij moraretur, datis pro delatione muneribus. Et concessa pretiosa munera & stipendia; addito etiam honore habitationis in aula. Hocine nihil honoris? Nihil omnino mercedis. Claret testimonium aulicorum expressio cognitionis dotium Mardocheai, ac singularium ornatum; quibus in munerum gloriam, merebatur sedem primam. Erat encomium gratiarum, & in illorum gloriam primum olim concessum quam exiguum: fatentibus cunctis (collatis pramijs & gratijs) splendorem maiorem esse nihilum, quandiu pro dignitate non haberet primum thronum. Modò in scopum Didascalie. Rex haud honoris collati, ac munerum reminiscitur, ubi quid dignè confenserunt specularatur. In palatio Mardocheus dignatus à Rege degit; aulicis omnibus patet. Quomodo omnino nihil accepit? Dicere nihil, cum accepit munera, erat, quasi illius in aula nulla interesset memoria. Nequaquam, sed negatione altruce in eius exaltatione magnitudinem; quæ excludebat dotium insignium ac gratiarum comprehensionem: nihilque dicunt habere, etsi gaudent maiestate; quippe totum nihil est, quousque haberet, quo non plus.

16 Non minus quam munera singularia Matris Dei acceperat Maria in mundo; habitans etiam in caelo; iuxta merita virtutum datis muneribus; iuxta excellentiam gratiarum latis honoribus; decorata novis prerogativis, infertata quoque miris varijs privilegij, quousque in gloriam perveniret. Adhucque nihil accepit? Nihil omnino, estò maximum, quousque in thronum Virgo ascenderet supremum: equidem cum primis meritis prima respondeat dignitas, & prima in throno primo maiestas; Virgo-Mater elevanda super aethera, quo plus non ultra: etenim ubi gloriæ possessionem accepit, ascendit super Cherubim ac Seraphim & volavit, quousque veniens quo non plus, thronum illius maiestatis requievit in throno Dei. Ibi haurit radios luminis divini Solis. Ibi haurit radios, & luce magistra Naturam, vires, ingeniumque Dei. Ibi Dei incomprehensibilia maiore cunctis comprehendit intelligentia. Hæc comprehensio excluditur ab humana memoria; quippe merito corruit, quæ vel ascendendo cadit. Interna & interiora comprehendit Virgo, & homo comprehendere satagit, qualis Virginis comprehensio. Ex alto ruina: evanescebat vel illustrata memoria. Iuxta æstima-

Cap. 12. 5.  
Prime dotes dignitatibus primis

Eius quibus nullum munus, est maius.

Maria in supremo throno gloria.

Psal. 17. 11.

Thronus Dei.

Claudian.

tionem gratiarum Virginis; cõgitat exaltationem maiestatis: verum spe excidit, quippequam comprehensionem humanam facile vincit. Habet species aliquatenus memoria quæ exultat feliciter anima; verum enim naufragatur in pelago lucis: equidem inter gratias & dotes ex quibus habet speciem, perit inebriata memoria & propter specierum multitudinem.

17 Deserviunt igitur potentia rationales, ut dicant non posse dici dotes animæ beatissimæ Virginis: equidem gloriæ sublimitas vincit hominis potentias. Pro harum expressione in unicusquisque munus, pingitur homo insigniter oculus: sex nimirum oculis, sed tribus clausis, in capite, in ore, in pectore. Consule Octav. Strada Tom. 2. Symbol. 35. igitur si explanare anima gloriam intendit, ex his quæ potentij concipit, actutum cæcutit. Oculis frontis, ut rationis index, intendit in visionem maiestatis: pectoris in fruitionem connotantem voluntatis: oris memoriam, quæ conatur audax indicare excellentiam.

Nunc studijs diversa sequentes. Speculantur, at non vident, sed cæcutiunt; quippe si tribus oculis vident, totidem obtenebrantur. Frustrantur conatus: quandoquidem adhuc pro specimine gloriæ absunt desideranti desideria voluntati, atque reliquarum potentiarum caligat oculus, quim præ fulgore amittantur & memoria & intellectus. Coronatur Virgo assumpta in gloriam superque omnem exaltata creaturam: quæ quidem etsi sublimis, haud obliviscitur hominis: equidem quæ ad thronum ascendunt preces, patrocinio destitutæ, in solamen pressorum descendunt gratiæ. Claret Civitas Dei. Vidit Ioannes Civitatem, sed de caelo descendentem: etenim thronus eius stabilitur gloriæ in collatione benefica gratiæ: illinc cunctis Mariæ distribuentia munera, ut inhabitet gloria in terra nostra. Verè mater erga hominem, qui felix videt in gloria matrem filiorum latantem; quæ quidem in terris Solem ornavit carnis purissimæ nube, & in caelis apparuit amicta Sole. Hæc à nobis cogitata, sed non maiora, quæ potentia rationales contemplantur, nobis considerantibus, non quæ videntur, sed quæ ex gloria vel in gloria non videntur. Sufflum ergo dirigat cor præ amore exsultans homo, ut glorificetur Virgo: & ut canit Hilarius in sua descriptione Genesios, v. 114. Quisq; altum spectet caelum, laudatque potentis Munera magna Dei, ne sine hæc condita frustra.

Eius gloriæ vincitur mens humana.

Symbolum insipientia potentiarum. Strada.

Aratoris

E caelis Virgo solet.

Apoc. 21. 2.

Hilar.

DI:

DIDASCALIA II.

Christi nativitate homo è fuitibus emerfus, & fulgore illuminatus.

Pietas Verbi Dei.

Iudic. 5. 4.

Sedul.

Caelum plorat, ut terra plorare discat.

Iob 37. 18.

Quid corda, si plorant saxa?

Scrupenda in Christi nativitate hominibus demonstrata. Augustin.

DEI unigenitus Filius, lapsæ naturæ miseris, caelos incurvavit, ac ut hominem redimeret, factus homo in terram usque descendit. Quid terra & caelum, ubi notum spectaculum? Domine cum exires (ait Deborra) terra mota est: caelique ac nubes distillarunt aquis. O facilis pietas! Ne nos servile tenoret Peccato dominante iugum, servilia summus Membra tulit Dominus. Ut canit Sedulius lib. 2. Carmin. v. 56. Cum exiret, ut legem novam hominibus ferret, caeli videntur ploratus & terræ motus. Claret terra rationalis obtinata durities, silice corde, adamante pectore, ac luce pulsâ rationis: quandoquidem etiam Deo adveniente, æthereque fulgurante; ut tam crebra miracula tellurem cordium aliquatenus moverent, necessarium, quòd caeli in lachrymas liqueferent. Caeli distillarunt aquis, faxis telluris scissis, in præparationis legis ferende propositum, ut homo Dei-hominis operiretur adventum: equidem congruum, quòd ista commoverentur viscera humana, ubi sentiebant etiam insensibilia. Caeli solidissimi quasi vere fusi sunt. Nil durius faxis. Unde apud Poetas sepe: Natus in scopulis. Illus tu silices. Authores saxa. Ovid. Epist. 10. & cum Deus in terram exiret, & ad homines descenderet, saxa franguntur, caelique colliquefacti moventur; quoniam veniente Domino in orbem, ut novam in gratiam conferat legem; ius est, quòd pectora humana scissa commoveantur, licet ærea: cordaque dignatione tantâ sepeliantur in lachrymis, quantunvis protervia induerint in silices.

2 Cuncta facula qui ordinavit de sinu Patris; hodiernum diem consecrat de utero genitricis; ibi manens, hinc procedens. Qui fecit omnia, factus inter omnia: Patris reparator, matris creator: Verbum Dei ante omnia tempora, Verbum caro opportuno tempore: Conditor Solis, conditus sub Sole: effector caeli, & terræ, sub caelo exortus in terra: ineffabiliter sapiens, sapienter infans: mundum implens, in praesepio iacens: sidera regens, ubera lactans. Ita magnus in forma

Dei, brevis in forma servi; ut nec istâ brevitate magnitudo illa minueretur, nec illâ magnitudine ista brevisitas premeretur. Ita meditatur August. de Tempor. Serm. 27. Sicine tanta & sicca corda! O infatuata malignitate natura! Igitur ubi viger Dei adventu tantus conditionis honos; qui pro silice debebant fundere torrentes aureos, etiam videntes benignitatem summam, induraverunt faciam suam supra petram. Fulgura in pluviam fecit. Deus non fulgurat, ut corda terrore trepident, sed ut plorent: igitur pluvie caelestis apparebit benignitas, modò, qui silices, elicerint lachrymas. Rore præventum erat Manna, quod in similitudinem lachrymarum; ut docerentur homines Solis prævenire adventum: quippequam si ex pluvia gratia, & panis caelestis copiam; amplior gratiarum cumulus, si lachrymarum rore præveniatur descensus.

3 Quid quòd terra gemat, si propter illius gemitus caelum plorat? Intendit caelum lachrymis in bonam fortem telluris, æmulans proprium peregrinum officium; ut terra converteretur in caelum: igitur in exemplum debita commotionis, caeli, uti nubes, distillarunt aquis. Constat Aventina tremuisse cacumina silva, Terraque subsedit pondere pressa Iovis. Canit Ovidius 3. Fastor. in Salsis, v. 72. & Virg. 5. Aeneid. 574. Deus æthere missus ab alto. In plures alludunt fabulas, quas vicit singulariter veritas. Secutus utrumque Claudianus cogitans pacis in orbem distributionem, ob Deitatis in mundo nativitatem. Pax avibus, quæcumque volat, rabiemque frementes Deposuerè fora: latatur terra, reverso Numine, quod prisca post tempora perdidit auri. Emulatur in Panegyri. Manlij. Theodor. v. 120. & Seneca in Oetavia, v. 482. Tu pacis auctor, generis humani arbiter Electus, orbem tu sacra specie regis, Patria parens, quod nomen, ut servos petit. Allusio est non solum ad commoda ex nativitate Apollonis, sed ad locum etiam nativitatis. De loco diximus Tom. 3. Tautol. 14. Didascal. 3. à n. 4. Delon fuisse situm, quo Latona quasi Aurora peperit Solem: equidem quæ vaga huc illicque trahebatur fluctibus, stetit immota, ut ut vidit lucem Phœbus. Quam profuga terra mater erranti dedit. Succinit Tragicus in Hercul. furent. v. 451. & Petronius in Fragm. Poëtice. 35. Delos iam stabili revincta terræ

Iob 22. 24.

Psal. 134. 7.

Lachrymis recipiendus.

Sap. 16. 8.

Quiescit homo.

Ovid.

Virgil.

Pax nativitate exorta.

Claudian.

Senec.

Idem.

Aaaa Olim



Petron.

Olim purpurea mari natabat,  
Et moto levis hinc & inde vento,  
Ibat fluctibus inquietis summis.  
Mox illam geminis Deus castenis  
Dedit tenendam.

Claudicabat homo in duas partes, hinc inde ductus; quippe in cognitionem Deitatis aberrabat intellectus, modò ratione dictante in uno solummodò Deitatem, modò superflitione Numinum ingerente multitudinem: nasciturque verus Sol, ut in priscis erroribus non est: imò commota hucusque natura cæca (nativitate novà veri Solis & Numinis) in fide accepta perseveret immobilis.

4. Alla igitur ex illa pro Christi felicitati mundo nativitate rimemur. Philosophi sententiam exponit Plinius. *Celebrata Delos, quæ diu fluctuata* (in lib. 4. cap. 12.) *hanc Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Alij Pylipen, igne ibi primùm reperto.* Non miscenda Sacra prophanis, sed erucenda lux è tenebris.

Plin.

Euripid.

Virgo peperit sine dolore.

Chartar.

Et peperit virgo.

Luc. 1. 26.

Cur dicitur gratia plena

Venant.

*Apollò sine dolore parere se fecit.* Ait Euripides in *Ioan.* v. 1596. Est nostri mysterij singulare velamen, quod retractum a veritate denotat sacratissimam Virginem: quæ quidem ut mater Solis, & porta fulgida lucis, in orbis, foeminarumque portentum, peperit sine dolore Salvatorem saculorum.

*Inde alitor nudus placida sub matre Cupido, Inde voluptates, inde alimenta Dei.* Ut accinit Chartar. fol. 358. Amplius erat privilegium, ubi in illa (quod non visum) maternitatis atque virginitatis consortium. Vidimus ex Profanis *Tom. 2. Tautol. 2. Didasc. 12. num. 12. Tom. 3. Taut. 7. Didasc. 1. num. 4.* alijsque Tomis videbimus late, quomodò beatam dicant omnes generationes, habentem cum virginitatis honore gaudia matris; in quo nec similis, nec secunda, gratia opposita, iccircoque *gratia plena*: igitur aliquid in plenitudinem gratiæ deficeret; ni contraria, imò averfa conciliaret: illà sanè Virgo plena gratià, & gratià plena: siquidem & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. Floridè Venant. Honor. Fortun. lib. 2. *Hymn. de Christi. nativ. v. 13.*

*Radix Jesse floruit,  
Et virgo fructus edidit,  
Fœcunda partum protulit,  
Et Virgo mater permansit.*

Ita expectatum ab Ægyptijs & præfiguratum miraculum, diximus hic *Taut. 3. n. 10.*

5. Plena gratia, & gratià plenà nitet Virgo: at unde amplior plenitudo, quando-

quidem excellentià mirà, etiam plauditur & meritiò superplena?

*Virgo at mulier nulla erit.*

Dicit Plautus in *Perfa*, Act. 3. scen. 1. v. 37. *Iam est, & luccet cum fructu illibatè flos: hæc est gratia, qua plena Maria.* Unde, ut utar cogitatione Claudiani altiori, proposito, in *Panegyrr. Probin. v. 197.*

*Talem nulla refert antiquis pagina libris  
Nec Latia cœcinere tuba, nec Græca vetustas.* Claudian.

*Credas ex atbere lapsam*

*Stare pudicitiam.*

Sed adhuc est plena gratià. Gratià plena, quippe habuit Virgo filium, & terra cœlum: sed non habet plenitudinem gratiæ, ni prolem habuisset Virgo mater sine semine. Gratià erat plena; igitur filium habuit, quem mirabiliter genuit: verum in gratiæ plenitudinem claruit amplius, quippe habuit sola filium, filium alterius. Gratià plena, quoniam filium genuit; sed plena gratià, siquidem iam erat filius, antequàm gigneret. Gratià plena, quia novo ordine, ac nova nativitate: plena gratià; quoniam gratiæ plenitudo, quòd in & ex virginali clastro videretur in orbe Deus & homo. Gratià plena, igitur mirabilia in conceptione & nativitate nova: etiamque plena gratiæ: eò quòd qui Deus de Deo genitus sine matre à patre intellectu fecundo, homo Deus gignetur sine patre à matre virgine clastro. *Natus est Christus: Deus de Patre, homo de Matre* (inquit August. de *Tempor. Serm. 23.*) *de Patris immortalitate, de Matris virginitate. De Patre sine matre, de Matre sine patre. De Patre sine tempore, de Matre sine semine. De Patre principium vite, & finis mortis de Matre. De Patre ordinans omnem diem, de Matre consecrans ipsum diem.* Micat utique consecratus, dum eius, qui Patris, videtur filius: igitur tot miris excellentijs, ac charismatibus novis, rutilar Virgo-Mater gratià plena, ac plenissimà gratià.

6. Unde digressus, revertatur calamus. Delos, natale Solis, sic dicta, quoniam è fluctibus apparuit repente enata. Speculum exponitur conditionis humanæ sub aquis calamitatum à prima labe demersæ: ex quibus duntaxat emergere quibat in meliora, dum Christus Sol iustitiæ nasceretur in ea. Hinc repente enata fingitur, quandiù Sol nascitur: siquidem ni Solem ibi prodidisset Aurora Maria; semper iaceret summersa. Quia oppleta non tam fluctibus, quam toto laborum mari, digna luce; ut elevaretur ab aquis, decreta ibi nativitas Solis. Salus micabat, ubi adinstar Deli conditio humana

Plaut.

Unde Maria

plena gratià

& gratià

plena

August.

Nativitate

Christi bo-

no libera-

tur à fletu

& à fluctu.

ia.

Apol. 1. 2.

Thren. 2. 13.

Apol. 5. 3. In pro sub.

Verf. 11.

Sursum erigitur.

Iuven.

Erigitur, ut letetur.

facebat: equidem ibi & non alibi, ut surget è tenebris, exortum tanti lumen splendoris; quia propter eius adventum obruta lachrymis. *Facta est velut mare contristitua. Quis medebitur tui?* Facilis medicina, si exundat, vel etiam inundat lachryma. Sub aquis miserè humana natura absconditur, & propè de cælo salus, ut reveletur; quippequam ortu Solis promptum auxilium, ut facta præ dolore dulce mare lachrymarum. Fletus è cælo Salvatorem traxit, ut summersam erigeret. Potentes gemebant sub aquis, scopus inundantis usque animam tribulationis: nasciturque in huiusmodi insula ex Aurora Salvator, ut fugiant afflictos labor & dolor, etenim ni Sol iustitiæ videretur in mundo, non liberaretur homo nec à fluctu, nec à fletu.

7. Vidit Ioannes & quæ in mari & quæ in eo: id est, quæ sub eo, In sumpto pro Sub, ut Exod. 15. 1. *Deiecit in mare: v. 4. Submersi sunt in mari: v. 10. Submersi sunt in aquis vehementibus.* Quæ subsunt, haudquam videntur: quo igitur modo oculis discretè obviabat, quod subtus mare latebat? *Audisti vocem Angelorum multorum in circuitu throni Agni.* Agni thronus fuit mundus, imò præsepium, quo audita vox Angelorum; hominibus latentibus adinstar Deli sub aquis maris, in quo submersi pondere criminis Protoparentis, quin emergere possent è profundo, quousque Sol ibi nasceretur è cælo. Eius nativitate novà, sursum de sub aquis elevanda natura: editoque in lucem Christo, non solum videtur mare, sed quæ latebant sub eo; quippequam ubi nascens humanam natoram sustulit, homo caput, uti Delos, de sub aquis exaltavit. *Ecce Dei monitu iussus descendere cælo Nancius, ac subito terror tremefacta pavore Prostravit viridi pastorum corpora terra.* Ait Iuvenus 1. de *Evang. Hist. v. 187.* Articulus indicat naturæ statum, in prostratione pastorum, quippe iacebat & eiecta à cælo, quousque cœlum videretur in mundo: iubenturque constrati, nato Domino, procedere in ortam lucem; ut aspicient iacentes, cui debebant erectionem: igitur nunquam homo de terra, vel sub aquis surrexisset, ni Salvatorem occultum natum in terris videret. Aquis erat tota natura exundata, & plus quam aquis, lachrymis crebris oppressa: cumque in gaudium universi nascator salvator mundi, erigit pronam rationalem naturam, ut abstergat omnem lachrymam.

8. Ioannes vidit civitatem Ierusalem novam descendentem de cælo. Alibi dixi, cur visa cœlum novum & terra nova. *Primum enim cœlum, & prima terra abijt: additque, & mare iam non est: quidnam defectus maris, cum cœli ac simul renovatione telluris? Effectus nativitatis Christi pro hominum felicitate: diciturque cœlum novum; quippe videtur apertum, quod erat natura clausum. Gemebat sub aqua terra rationalis vinculis arctis prima transgressio. Nec erigi tanto tempore valebat, quavis pro prima libertate dolor inflabat; quippe moles aquarum demerserat in profundum. Excussura sanè molem, si Salvatore naturæ videret nativitati: diciturque terra nova; quoniam elevata, quæ summersa. Prima terra abijt, dum denuò cœlum respexit: igitur prima terra sub mole aquarum, nec quibat videre cœlum: exceltsaque claret iam, quippe mare iam non est. Terra prima, quia sub aquis & tenebris, erat inanis & vacua: marique remoto extollitur terra nova; igitur Solis ortu, quæ scatebat, sentes, apparuerunt mirabiliter in nostra tellure flores. Iam non est mare, ubi terra decoratur nativitate Christi: prima terra abijt, quæ aquis obruta cœlum nec à longè vidit: & cœlum quod pridem, vocatur meritò novum; quippe apparet propitium, olim iratum.*

9. Sequamur contextum, ut contemplerur, quantum terris è cælo descendit beneficium. *Mare iam non est.* Quidnam mare, & quare non? Dicit Ioannes: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.* Ergo mare, quod non est; lachrymæ, luctus, dolor, clamor atque mors. Ita omnia: & abierunt prima; quia utur cum hominibus Dei apparuit tabernaculum, evanuit mare malorum. Pridem tabernaculum Dei erat, sed non cum hominibus; quippe Deus erat absconditus, tandiùque iacuit natura sub aquis, quousque tabernaculum posuit in Sole Virginis: modoque mare dolorum submergitur, luctus tollitur, clamor naufragatur, morsque sepelitur; quoniam offendit Christus in nostræ assumptione carnis, sibi assumptis, ut tolleret, nostros dolores. *Omnem lachrymam.* In cunctis homo tribulationem & dolorem inveniebat: lugebat, præ merore clamabat; igitur urgebat antiquum vulnus, & medici protraheretur adventus: & modò omnis lachryma abstergitur, dum Deus homo hominibus videndus de cælo exponitur; quippe sciens ut infans pretiosas lachrymas, lachrymis suis compescuit lachrymas nostras. *Mors ultra non erit.*

*Tam visa cœli novi & terra nova.*

Verf. 3. & 4.

Et mala expulsa.

Lachrymas Christi sibi sumpsi, ut nostras abstergeret.



erit. Sibi, ut homo nascendo sumpsit; ut qui ex Patre principium vite, mortis exterminium nasceretur ex matre: & ut mortis sic ab animabus expulso, videtur Verbum caro, ex Virgine Deus & homo; quippequam mortem solus Deus sustinere non potuit, nec solus homo superare valeret. Ultra iam non erit mors, siquidem mare Christi adventu iam non est: tabernaculum Dei inter homines visitur: terra iam inhabitatur: igitur ut illud suscepit, claret fluctibus emersa, a lachrymis vindicata.

Senec.

Sollicita tanti pretia natales habent: Semperque magno stetit nasci Deum.

Cur Delos dicta Pyripile

10 En cœli in terras singulare beneficium: ergo videamus effectum. Pyripile dicta etiam Delos, ut vidimus ex Plinio, quia ignis primò ibi repertus. Nil mirum, quòd ignis sit, ubi natus, qui fulget in cœlis Sol: atque nexus inter Solis nativitatem, atque ignis utilem inventionem; quippe ubi inter homines Sol iustitiæ collocavit tabernaculum, ignem venit mittere in terram cordium. In igne præstant luminis fulgor, & entitatis ardor: & quæ pridem aquis insula summersa, iam pyripile, id est ignita; ut clareat terra quam nova: igitur corda humana fulgore illuminantur, ut Redemptorem cognoscant; & etiam inflammantur, ut dilectionem rependant. Si in terris Sol visus, non est, qui se abscondat à calore eius. De cœlo mittitur ignis, ut erudiat, & cor ardore flammecat. Quid ignis, qui ante ipsum præcedit, non calefaciet versus à cœlo dignatos, inflammans in circuitu etiam inimicos eius? igitur nemo ita durus sentiens huiusmodi flammam, qui non sollicitè restitui in pristinam amicitiam. Excusationem pridem habebat homo in frigiditatem obsequiorum, est illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum; quippe Sol minime natus, nec inter homines visus, cuius cœlesti flammâ actuarent fervida corda: modò in terris dum effusa & diffusa claritatis nativitas; necessarium, quòd etiam faxea corda igne procedant in flammam.

Coribus quomodo modo nascitur?

11 Altare Dei in sacrificium inge factum cor hominis vel ab ipsa formatione; igne etiam concessio gratiæ, ut cor amore perseveraret igitur in Auctoris holocaustum. Ergo animâ captivâ serpentis nocui suadela, ignis non evanuit, sed delituit: equidem in valle lachrymarum contorturatus, ita ut omnibus ignotus esset locus, quin inveniri posset, nisi Sol lucefceret. Cum autem præterissent anni multi, variatâ conditione, non inventa ignis notitia, sed aqua &

crassa. Si ex aqua lachrymæ, apud effectus exprimuntur primæ culpæ: quandoquidem deficiente igne, ex cumulo cunctarum felicitatum, cunctarum naturam premens redixit in gemitum. Præterierunt anni multi. Quorsum tot anni? Non pendebat remedium à tempore, sed à Sole: ad cuius quidem adventum aqua opportuna, ut eius clarescat gloria: quandoquidem in cordibus suaviter nascitur, si lachrymis prævenitur. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo; accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Hocine factum miraculum coram Hebrais in signum vindicare libertatis: omnia in figura contingebant illis. Prius Sol iustitiæ erat in nubilo, quippe latebat in cœlo: & aqua non exstinguitur, quousque Sol oriens videatur; ut consisteret ex quibus pœnis hominem liberavit, dum è nube virginea reflagens in lucem prodijt: siquidem nil nasceretur, ut mitteret ignem cordibus, universâ adhuc naturæ perseverarent ploratus.

2. Mach. 1. 22.

Illud ut ortus, hominibus evanuit stetit.

12 Ulterius. Gembat homo pro igne per totam captivitatem latente; quippe est cordis lachrymarum sacrificium non ingratum; sine amore non acceptum: unde cum restituito ignis signum esset libertatis; respiciebat icatim in ortum Solis: equidem vera in sacrificium futura cordis libertas, modò Solis latitantis conspiceretur nativitas. Ex ortu Solis Pyripile vocanda, quæ Delos: id est, illuminata, quæ obruta fluctibus: equidem cum ibi primò repertus ignis, in lucem, fulgorem hominis; ut fieret plorantis desuper illuminatio, expectabat, quando & ubi Sol refulgeret è cœlo. Ignis Solis profectò futurus in incendium telluris: etenim in hoc nascens de cœlo descendit, ut cuncta ignivomus inflammaret. Locus nativitatis origo micabat ignis: quare cum corda arsiura in redamationem, dum homines Solis viderent nativitatem; illud ut patuit fulgurantis Solis ortus, in cordibus preparatis accensus est ignis magnus. Deinde. Cum consumptum esset sacrificium; ex residua aqua Nebemias insit lapides maiores perfundi: quod ut factum est, ex eis flamma accensa est. Elucet per miraculum, magno scate nati Deum: equidem quare non homines sentient, si duri lapides ardent? Saxa indicant duritiam peccatorum: saxa maiora ampliorum perflitentiam ex cauterio iniquitatum; & ita virtus Solis nascentis, & fervor ignis; ut concipiant grave incendium, vel habentes cor lapideum. Quæ non frangit immortalis, subditus morti? Incomprehensibilis, comprehensus in carne? Quis non ardet, dum

Urit etiam saxea corda.

Coataneos capillos

Callimach.

Virgines, ac iuvenes primam lanuginem. Ait in Hymn. Deli Callimachus, vers. 297. Si per capillitium cogitatio designatur, non aliter ortus veri Solis celebratur: igitur ritè & optimè Dei summi in terris celebratur natalis, si cunctæ illi dedicantur hominum cogitationes. Tam ergo nobis nulla cogitatio terrena. Hinc Ierusalem cœlestis tota describitur anrea.

Platea & mari eius Ex auro purissimo.

Illi dicanda cogitationes.

Apoc. 21. 18.

Delos tota aurea.

Callimach.

Ipsa civitas aurum mundum: equidem post Verbi in terras descensum, & ab hominibus in carne mortali visum; nihil à corde cogitandum nisi pretiosum. Sic terrena habitatio erit cœlestis civitas, ex quo qui cœlos fecit, venit in terras: præstitit hominibus Deus homo, quod de Delo ob Apollinis ortum excogitavit fictio. Ita ubi dudum Callimach. vers. 260.

Ipsamet ego sum illa tam inculta terra, Sed à me Deliis Apollo nominabitur. Aurea tunc omnia fundamenta sunt. Aurea curva toto die flumina: Auream producit stirpem ramus olivæ: Auro exuberat profundus: Aureo è solo sustulisti puerum, Inque gremium reposuisti.

DIDASCALIA III.

Intellectus lachrymæ summæ pretiosæ.

1 G Ravis videbitur cogitationis anfractus, quo lachrymans exponitur intellectus. Intellectus igitur solum poterit cognoscere, non plorare. Unde ergo lachrymæ? Ex vigili, perpiscatione. Suntque oculi tenebra per tantum lumen oborta: Ovid.

Inde fluunt lachrymæ.

Ulcere lethali laborabat Ezechias, quo tendebat & celeriter in mortem; & ita prædictum illi per Evangelium Vatem. Percussus est & gravitate ulceris, & notitia mortis: unde commoto corde, cepit largè lachrymari. Fleuit itaque fletu magno. Antequam Isaias è palatio egrederetur, illum Dominus alloquitur: Revertere & dic Ezechia: Vidi lachrymam tuam, & ecce sano te. Quam pius Dominus & misericors! Quantunvis in penam irriteretur delictis, in pietatem statim movetur lachrymis. Lachrymæ.

4. Reg. 20. 5.

Vers. 5.

dum hæc videt? Deus homo! Verbum carol Sol in terris! A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris, ut liquefiant corda cœlesti illiusmodi flammâ: igitur resisteret non valet ulla pertinacia cordis, dum flammescunt ex igne etiam durissimi lapides.

13 Denique: Cum consumptum esset sacrificium, asperguntur lapides & exardescunt. Quare ergo non ante consumptum sacrificium? Ut Deo dicati discant, quomodo ardeant. Corda debent præparari concipiendo Solis ignem, ut suscipere possint venientem Solem; si quippe quibus ibi erit lux, ubi dedicatum cor. Per lapides signantur sæculares vel peccatores; & etiam corripiuntur igne maiores lapides; ut ex flammâ in lapidibus concepta non frigescat cordis flammâ: quippequam erit propudium, quòd ad Solis cœlestis felicem ortum corda religiosa langueant, quum sæcularium ignescant. Si hoc est in viridi, quid erit in arido? Præsentius flagrant ligna, quam saxa: & claret in sacrificio flamma frigida, si tepescunt pectora Religiosorum, quo ignem concipiunt faxea corda sæcularium. Ardent primò ligna, ut ardeant saxa: igitur si flamma friget, nullo modo nix ardebit. Non surgant Ninivite in iudicium: siquidem erit autherum; si sæculares in aqua inveniunt ignis ardorem; & Monachi ex flammâ ignis concipiunt frigiditatem, conversis lapidibus in conditionem ignis, ubi corda inflammario ne obdurescant tanquam lapides. Satius sanè sacrificium in altari ex lapidibus impolitum ac duris, quam ex lateribus coctis. Illud ut vidimus, & etiam Exod. 20. 25, permittitur: de hoc Deus per Vatem Evangelicum queritur: igitur commota bilis ab his, qui sacrificant super lateres. Huiusmodi fabrica aliquid olet Gentilicium, ut hic observat Hieronymus. Aliena hic & impia sacrificia notantur, subdit num. 6. Docet. Sanctius. Altare cor est, quod placet ex silice, atque displicet ex latere: equidem lapides urente flammâ tandem tandem conversione consumuntur, lateres magis ac magis igne concepto obdurescunt. Quid mirum, si displicent sacrificia, queis corda ige ostenduntur frigidiora? Pudeat lapides scindi, atque lateres rigescere: igitur de cœlo venit, qui in terram ignem præmittit; ut frigentes concipientes flammam ardeant, & ardentes magis ac magis flammescant.

Ibi orientis lux, ubi dedicatù cor.

Abominabilia corda religiofa cum baccine flammâ frigida.

Illuminat quomodo omnem hominem?

Isti. 65. 3.

Sanct.

Urit etiam saxea corda.